

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Directorium Constantiense

Marisburgo, 1612

Iacobvs dei et apostolicae [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-133086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-133086)

IACOBVS DEI

ET APOSTOLICAE
SEDIS GRATIA EPISCO-
PVS CONSTANTIENSIS, DOMI-
nus Augiæ Maioris & Oeningæ, &c. omni-
bus & singulis suæ Diœcelis Presby-
teris & Clericis. Salutem
in Domino.



Necessores nostri
pijssimæ memoriæ, Ill.^{mi}
nempè ac R.^{mi} Domini
ANDREAS Cardinalis
ab Austria, & IOANNES GEORGIVS
Episcopi Constantienses, &c. de men-
te sacrosancti Concilij Tridentini &
Pii V. Pontificis Maximi, tam Bre-
uiarium, quàm Missale antiquum Cõ-
stantiense ad ritum & normam Ro-
mani Breuiarij non sine magno labo-
re ac sumptibus reduci, ac à CLEMEN-
te VIII. Pont. Max. approbari curaue-

A 2

runt

runt, vt scilicet qui eiusdem fidei præceptis vteremur, ad maiorem Ecclesiæ splendorem etiam in modo precandi conueniremus. Eorundem nos industriam & erga Ecclesiam ac sanctam sedem Apostolicam singularem obseruantiam non solum tunc mirati sumus, sed etiam nunc maiorem in modum commendamus, ac institutum eorum eadem diligentia, qua ipsi cœperunt, prosequi huc vsq; conati sumus, & diuina nobis assistente gratia etiam in posterum feruentius conabimur. Proinde non ita pridem Officium Diurnum ad normam Romani Breviarij, nuper à CLEMENTE VIII. recogniti redactum, pro Directorio saltem nostri Breviarij Constant. edi permisimus. Attendentes verò Diurnum illud propter multitudinem Rubricarum Breviarij non sufficere, plerosque etiam Clericorum varijs occupationibus distineri, tum etiam beneficiorum tenuitatem,

pater-

paterno affectu Indicem siue Directo-
rium in perpetuum duraturum, maxi-
mo labore elucubraturum (quo quæ cō-
tineantur, sequentes paginæ declara-
bunt) typis excudi curauimus, ne aut
alijs Ecclesiasticis functionibus aut ne-
gotijs grauibus occupati, ad enuclean-
das omnes Rubricas (quarum vsus si-
ne continuo exercitio difficilis est) aut
pauperiores in singulos annos ad emē-
da noua Directoria tenerentur. Cū
verò prædictum Breuiarium nuper
recognitum, quædam contineat, quæ
nostro Breuiario Constantiensi, utpo-
te prius edito, inserta non reperiuntur.
Ideò breui (DEO fauente) supple-
mentum Romani ad nostrum Constanti-
ense Breuiarium pro maiori omnium
vestrum commoditate in publicum e-
dere cogitamus. Itaq; vos omnes &
singulos in Domino hortamur & mo-
nemus, ut hoc Directorio nostro per-
petuo ea diligentia & industria utami-

MI

A 3

ni qui-

ni, quibus est à nobis paratum. Valet
Nosque & Ecclesiam nostram vestris
precibus commendate. Ex Castro no-
stro MARISBURGO die 14. men-
sis Maij, Anno Incarnatio-
nis Dominicæ

1612.



IN